



## CARMEN XCVII

—  
IN AEMILIUM

Non (ita me dii ament) quicquam referre putavi,  
 Utrum os an culum olfacerem Aemilio.  
 Nilo mundius hoc, niloque inmundius illud,  
 Verum etiam culus mundior et melior:  
 Nam sine dentibus hic: dentis os sesquipedalis,  
 Gingivas vero ploxeni habet veteris,  
 Praeterea rictum cualem diffissus in aestu  
 Meientis mulae cunnus habere solet.  
 Hic futuit multas et se facit esse venustum,  
 Et non pistrino traditur atque asino?  
 Quem siqua attingit, non illam posse putemus  
 Aegroti culum lingere carnificis?



## ODA XCVII

—  
CONTRA EMILIO

Que á decidir ayúdenme los dioses  
 Cuál de Emilio es la parte más sucia;  
 Él es arriba inmundo, inmundo abajo,  
 Mas de Emilio la boca es más inmundia;  
 Pues los dientes enormes y la encía  
 Tienen de caja abierta la figura,  
 Y esa boca que va de oreja á oreja  
 Se parece á las fauces de una mula.  
 ¿Y, en vez de enviar este asno á algún molino  
 Él como hermoso y seductor se juzga?  
 Si hay mujer que lo toque, la supongo  
 Capaz de ir á limpiar cosas más sucias.



CARMEN XCVIII

AD VICTTIUM



In te, si in quenquam, dici pote, putide Victi,  
 Id quod verbosis dicitur et fatuis.  
 Ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis  
 Culos et crepidas lingere carpatinas.  
 Si nos omnino vis omnes perdere, Victi,  
 Hiscas: omnino quod cupis efficies.



ODA XCVIII

A VICTIO



Si á alguien ha de aplicarse, es á ti, Victio,  
 Lo que se dice al hablador y al tonto,  
 Que su lengua limpiar inmundas cosas  
 Y suelas de zapatos debe sólo.  
 Háblanos, Victio, si matarnos quieres,  
 Y lograrás al punto tu propósito.





## CARMEN XCIX

## AD IUVENTIUM



Surripvi tibi, dum ludis, mellite Iuventi,  
 Saviolum dulci dulcius ambrosia.  
 Verum id non impune tuli: namque amplius horam  
 Suffixum in summa me memini esse cruce,  
 Dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis  
 Tantillum vestrae demere saevitiae.  
 Nam simul id factum est, multis diluta labella  
 Guttis abstersti omnibus articulis,  
 Ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,  
 Tanquam connictae spurca saliva lupae.  
 Praeterea infestum misero me tradere amori  
 Non cessasti omnique excruciare modo,



## ODA XCIX

## A JUVENCIO



Dulce beso, más dulce que ambrosía,  
 Mientras jugabas, te robé, Juvencio;  
 Mas no impune quedé; que largas horas  
 Pasé clavado en cruz, yo lo recuerdo,  
 Para purgar mi falta, y con mi llanto  
 No logré que ablandaras tu despecho.  
 Cual si saliva de ramera fuese,  
 De tu boca limpiaste, dado el beso,  
 Porque nada quedase de mis labios,  
 Hasta la última gota, con los dedos.  
 No has dejado después de torturarme,  
 De hacer daño á mi amor; y á tal extremo,

Ut mi ex ambrosia mutatum iam foret illud  
 Saviolum tristi tristius elleboro.  
 Quam quoniam poenam misero proponis amori,  
 Nunquam iam posthac basia surripiam.

Que el dulce beso que robé á tu boca  
 Más amargo que eléboro lo siento.  
 Tal es la pena que á tu amante impones,  
 Que nunca más te robaré tus besos.



## CARMEN C

## DE COELIO ET QUINTIO



Caelius Aufilenum et Quintius Aufilenam  
 Flos Veronensum depereunt iuvenum,  
 Hic fratrem, ille sororem. Hoc est, quod dicitur, illud  
 Fratrum vere dulce sodalicium.  
 Qui faveam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis  
 Perfecta exigitur unica amicitia,  
 Cum vesana meas torreret flamma medullas.  
 Six felix, Caeli, sis in amore potens.



## ODA C

## ACERCA DE CELIO Y QUINTIO



Ama Celio á Aufileno y ama Quintio,  
 Flor de los Veronenses, á Aufilena;  
 Ama al hermano aquél y éste á la hermana.  
 ¡Dulce fraternidad la que ellos llevan!  
 ¿Por quién yo haré mis votos? Por ti, Celio;  
 Tú á mí probaste tu amistad sincera  
 Cuando en las llamas del amor ardía.  
 Ten, ¡oh Celio! en tu amor dicha completa.





## CARMEN CI

## INFERIAE AD FRATRIS TUMULUM



Multas per gentes et multa per aequora vectus  
 Advenio has miseras, frater, ad inferias,  
 Ut te postremo donarem munere mortis  
 Et mutam nequicquam alloquerer cinerem.  
 Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,  
 Heu miser indigne frater adempte mihi,  
 Nunc tamen interea haec prisco quae more parentum  
 Tradita sunt tristi munere ad inferias,  
 Accipe fraterno multum manantia fletu,  
 Atque in perpetuum, frater, ave atque vale.



## ODA CI

## EN EL SEPULCRO DE MI HERMANO



Yo vengo, hermano mío, á tu sepulcro,  
 Después de recorrer tierras y mares,  
 Á hablar en vano á tus cenizas mudas  
 Y á darte mis postreros homenajes,  
 Ya que, ¡ay! ¡miseró hermano! de mi lado  
 Pudo cruel la fortuna arrebatar-te.  
 Fiel entretanto á los antiguos usos  
 Que legarnos supieron nuestros padres,  
 Regadas con mis lágrimas, acepta  
 Mis piadosas ofrendas funerales;  
 Y adiós, hermano mío, para siempre,  
 Y que los dioses tu sepulcro guarden.



## CARMEN CII

## AD CORNELIUM



Si quicum tacito commissum est fido ab amico,  
 Cuius sit penitus nota fides animi,  
 Meque esse invenies illorum iure sacratum,  
 Corneli, et factum me esse puta Harpocratem.




## ODA CII

## A CORNELIO



Si un secreto confiado por amigos  
 Alguien fiel conservar cual nadie sabe,  
 Soy yo; porque un secreto me es sagrado.  
 Cornelio, yo seré nuevo Harpócrates.





## CARMEN CIII

—

## AD SILONEM

\*\*\*\*\*

Aut sodes mihi redde decem sestertia, Silo,  
 Deinde esto quamvis saevus et indomitus:  
 Aut, si te numi delectant, desine quaeso  
 Leno esse atque idem saevus et indomitus.



## ODA CIII

—

## A SILO

\*\*\*\*\*

Silo, ó devuelves mis diez mil sextercios,  
 Aunque inhumano é indómito te muestres,  
 Ó si el oro te place, de ser dejas  
 Indómito, inhumano y alcahuete.







## CARMEN CIV

## AD QUENDAM DE LESBIA



Credis me potuisse meae maledicere vitae,  
 Ambobus mihi quae carior est oculis?  
 Non potui, nec, si possem, tam perditae amarem:  
 Sed tu cum Tappone omnia monstra facis.



## ODA CIV

## A ALGUNO HABLANDO DE LESBIA



¿Puedes creer que dijera mal de Lesbia,  
 Que es para mí más que mis ojos cara?  
 No pude, y aun pudiendo la amaría;  
 Tú y Tapón hacéis monstruos de la nada.





CARMEN CV

IN MENTULAM

\*\*\*\*\*

Mentula conatur Pipleium scandere montem:  
Mensae furcillis praecipitem eiciunt.



ODA CV

CONTRA MENTULA

\*\*\*\*\*

Á la montaña Pimplea  
Subir intenta Mentula;  
Con sus horquillas al suelo  
Han de arrojarlo las Musas.





## CARMEN CVI

## DE PUERO ET PRAECONE.



Cum puero bello praeconem qui videt ipse,  
Quid credat, nisi se vendere discupere?



## ODA CVI

## DE UN NIÑO Y EL PREGONERO



Al lado de un pregonero,  
Mirando á ese hermoso niño,  
¿No he de pensar que desea  
Prontamente ser vendido?





## CARMEN CVII

## AD LESBIAM



Si quoi quid cupido optantique optigit unquam  
 Insperanti, hoc est gratum animo proprie.  
 Quare hoc est gratum, Lido quoque carius auro,  
 Quod te restituis, Lesbia, mi cupido.  
 Restituis cupido atque insperanti, ipsa refers te  
 Nobis. O lucem candidiore notal  
 Quis me uno vivit felicior, aut magis ab dis  
 Optandum in vita dicere quis poterit?



## ODA CVII

## A LESBIA



Cuando uno logra realizar un día  
 Cuanto deseara y esperara en vano,  
 Goza el alma de veras  
 De incomparable encanto;  
 Por eso nada para mí es tan dulce  
 Ni es más que el oro para mi alma caro,  
 Que el ver hoy, Lesbia mía,  
 Que vuelves á mi lado.  
 ¡Vuelves, Lesbia, tú misma, cuando menos  
 Pude esperar tenerte entre mis brazos!  
 ¡Con raya blanca el día  
 Merece ser marcado!  
 ¿Quién más feliz que yo vivir pudiera?  
 ¿Quién puede más ambicionar, logrando  
 Cuanto yo estimo ahora  
 Más que mi vida, grato?



## CARMEN CVIII

## IN COMINIUM



Si Comini populi arbitrio tua cana senectus  
 Spurcata inpuris moribus intereat,  
 Non equidem dubito quin primum inimica bonorum  
 Lingua exerta avido sit data vulturio,  
 Effossos oculos voret atro gutture corvus,  
 Intestina canes, cetera membra lupi.



## ODA CVIII

## CONTRA COMINIO



Si á tu cana vejez que mancha el vicio  
 Diera muerte, ¡oh Cominio! el pueblo todo,  
 No dudo que tu lengua, hostil al bueno,  
 Fuera á un buitres arrojada; que tus ojos  
 Cuervo de negro pico devorase;  
 Perros tu vientre, y lo demás un lobo.



## CARMEN CIX

## AD LESBIAM



Iucundum, mea vita, mihi proponis amorem  
 Hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.  
 Dii magni, facite ut vere promittere possit,  
 Atque id sincere dicat et ex animo,  
 Ut liceat nobis tota perducere vita  
 Aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.



## ODA CIX

## A LESBIA



Que habrá de ser, me ofreces, vida mía,  
 Nuestra mutua pasión grande y eterna;  
 ¡Haced, ¡oh dioses! que con toda el alma  
 Y sincera me cumpla su promesa,  
 Y que el lazo de amor que ahora nos une,  
 Por toda nuestra vida durar pueda!





## CARMEN CX

## AD AUFILENAM



Aufilena, bonae semper laudantur amicae:  
 Accipiunt pretium, quae facere instituunt.  
 Tu, quod promisti, mihi quod mentita inimicaes,  
 Quod nec das nec fers, saepe facis facinus.  
 Aut facere ingenuae est, aut non promisse pudicae,  
 Aufilena, fuit: sed data corripere  
 Fraudando effectis, plus quam meretricis avarae,  
 Quae sese toto corpore prostituit.



## ODA CX

## A AUFILENA



Siempre se alaba á las amigas buenas,  
 Que ofertas cumplen si el valor reciben;  
 Mas lo que tú me prometiste olvidas  
 Y recibes sin dar, haciendo un crimen.  
 Si es de ingenuas cumplir, como Aufilena,  
 De honestas no ofrecer lo que ofreciste.  
 Mas con fraude robar, es peor que el cuerpo  
 Prostituir como avaras meretrices.